Analecta Graeca

Wilhelm Kroll,
Marsilio Ficino

Wissenschaftliche Beilage

zum

Vorlesungsverzeichniss

der

Universität Greifswald,

Ostern 1901.

Analecta Graeca

scripsit

Guilelmus Kroll.

Greifswald.
Druck von Julius Abel.
1901.

I.

Vere anni superioris pervenit in museum Berolinense fragmentum papyraceum emptum a Borchardtio, quod inventum esse dicitur in vico Aschmunein. Altum est cm 12, latum circiter 11; a parte laeva margo extat incolumis cm 3. Scriptura est magna sed omni pulchritudinis specie carens, quam saeculo quarto tribuendam esse censeas. In parte postica quae extant admodum pallida pertinent ad documentum aliquod; ductus nitidiores nec tamen (id quod primo obtutu putaveris) vetustiores quam qui in parte sunt antica [Legi v. 4 ασιν 7 υπολλου 8 τηνηνε 9 εσασαισωσ 10 ὠν ποουμενοσ̓̓ 11 νεμπροσθετησ]. Papyro non semel inspecta perspexisse mihi visus sum haec:

1
1a ΡΟΛΟΓ . . .
2 ΟΥΡΑΝ . . . ΙΡΤΗ . ΕΤΑ . . .
3 ΑΡΧΑΙΗΜ . . . .
4 ΦΕΓΓΟΣ . . . ΤΙΖΟΥ . ΑΝΕΚ . . . .
5 ΠΡΟΣΘΕΤΑΘ . . ΟΥΤΕΤΑ
6 ΓΑΙΑΚΑΙΗΡΙ . Ε . ΕΙΑΛ . . . .
7 ΟΥΠΩΑΚΟΙΜΗΤΟΙΟΦΟΡ . . . . .
8 ΟΥΔ' ΑΥΤΟΣΦΑΕΘΩΝ . . . .
9 ΝΥΚΤΙ . ΕΩΝΑΛΛΗΚΕΚΕ . . . .
10 ΦΟΙΒΟΣΕΠΕΙΡΑΝΕΤΙΑΛΕΝ . . .
11 ΤΑΥΤΑΣΟΙΑΕΙΣΩΤΕΡΨΙ . . .
12 ΠΑΗΣΙΦΑΗΣΕΨΑΥΣ . . .
13 ΣΟΝΚΛΕΟΣΑΓΓΕΛΛ . . .
14 . . . . ΟΘΟΣΑ . . .
15 . . . . . . ΣΕΤΕΕΣΣΙ . Ε . . .

In v. 1 initio partes inferiores quinque litterarum supersunt, quarum primae fortasse fuerunt Ε Μ; totus olim versus scriptura impletus fuit. **1a** postea inter 1 et 2 insertus, ductus minores, nec in parte dextra quicquam scriptum fuit. ante Ρ verisimile

T et proclive supplere [ἀσ]τρολογ- Et cum principium carminis nos tenere ex v. 11.13 appareat, in v. 1 nomen auctoris fuisse harioleris. **2** post N fuit O aut Ω; ante I fort. K: σκιρτη- facile occurit, nisi κιρτ- scripsit pro κυρτ- (cf. v. 10). **3** M non plane certum, etiam N fuisse potest. **4** ante TIZ primo fuit MA ut vid., sed ductibus nonnullis superpositis (K? IΣ? KP?) sic deletum est, ut quid voluerit librarius plane nescias; certe non est ἀκοντιζ- neque ἀπαρτιζ- **5** fort. ΓΑ voluit, non TA, et P ex Θ fecit, ut sit πρόσθε γὰρ; post TA nullae iam litterae fuisse videntur; quod si verum est, archetypon sive mutilum sive lectu difficile fuit. **6** ΓΑΙΑ potius quam MIA; HPIΓENEIA extitisse censendum est, sed pro Γ est foramen, pro N Θ potius legi, etsi N fuisse potest. **7** post ΦOP dispexi AΥ, certe non AΣ. **8** in fine post ΩN esse videtur AN. **9** ante EΩN quod est, P aut Φ et esse et non esse videtur; et supra lineam aliquid Υ litterae simile apparet; θέων vel ῥέων fuisse suspiceris. Post KE dispexi . A, ante A fort. fuit P. **11** in fine N verisimile. **12** in fine E fuisse potest. **13** post ΛΛ ut vid. O. **14** ΠΟΘΟΣ ut vid., deinde AP? quae sequuntur, correcturam passa sunt.

Receptis igitur eis quoque, quae non prorsus certa sunt, hunc exhibeo contextum:

1 ἐμ . . .
1a [ἀσ]τρολογ . . .
2 οὐραν . . . ιρτη . ετα . . .
3 ἀρχαίην . . .
4 φέγγος . . . τίζου[σ]ανεκ . . .
5 πρόσθε γὰρ . . οὔτε τὰ
6 γαῖα καὶ ἠρι[γ]έ[ν]εια λ . . .
7 οὔπω ἀκοιμήτοιο φορ . . .
8 οὐδ' αὐτὸς Φαέθων ἀν . . .
9 νυκτὶ . έων ἀλαῇ κεκε . . .
10 Φοῖβος ἐπεὶ ῥ' ἀνέτιλλεν . .
11 ταῦτά σοι ἀείσω τέρψιν . .
12 πλησιφαὴς ἔψαυσ[ε . .
13 σὸν κλέος ἀγγέλλ . . .
14 . . . πόθος ἀρ . .
15 . . . . . . ς ἐτέεσσι . ε . .

De his laciniis quamquam difficillimum est aliquid certi aut verisimile statuere, tamen conandum est aliquam saltem sententiam restituere. Videtur igitur poeta v. 5 sqq. dixisse, olim non fuisse hanc totam mundi et siderum temperationem: ergo id, quod carmine

celebraturus erat (v. 11), ad mundi creationem pertinuisse censeas. Quod genus carmina quantopere adamarint Alexandrini, satis notum; vide quae Silenum id est Cornelium Gallum canentem inducat Verg. ecl. 6,31 (cf. Apoll. Rh. I 496 Verg. Aen. I 741), vide Ovidii metamorphoseon exordium. Timaei potius Platonici vestigia nostrum secutum esse vix conicias; quamquam summa admiratione Timaeum legerunt interpretati imitati sunt (v. g. cf. libellum Hermeticum qui inscribitur Κόρη κόσμου, cuius fragmenta ampla conservavit Stobaeus I 385,12 sqq., in quibus haec est dei summi ad ceteros oratio p. 402,4: 'θεοί . . . μέχρι πότε τῆς ἀνεπιγνώστου ταύτης δεσπόσομεν ἡγεμονίας; μέχρι πότε ἀθεώρητα γενήσεται ταῦτα ἡλίῳ καὶ σελήνῃ; ἕκαστος ἡμῶν ἐφ' ἑαυτῷ γεννάτω . . . ἄπιστος τοῖς μεταγενεστέροις μῦθος [δὲ] δοξάτω χάος εἶναι· ἔργων ἅπτεσθε μεγάλων, ἐγὼ δ' αὐτὸς ἄρξομαι πρῶτος'. Εἶπε, καὶ εὐθέως κοσμικῶς τῆς ἔτι μελαίνης ἑνώσεως διάστασις ἐγένετο, καὶ ἐφάνη μὲν οὐρανὸς ἄνω, συγκέκοσμημένος τοῖς ἑαυτοῦ μυστηρίοις πᾶσι· κραδαινομένη ἔτι γῆ ἡλίου λάμψαντος ἐπάγη καὶ ἐφάνη πᾶσι τοῖς περὶ αὐτὴν συγκεκοσμημένη καλοῖς.). Et fortasse de caeli tantum structura siderumque caelestium fabricatione locutus est, fortasse ab astronomia ad astrologiam delapsus est, ut nostrae aetatis utar vocabulis; veteres enim haec non discreverunt — sed nolo altius ad hariolationes descendere. Maximas quae in v. 8 sqq. insunt difficultates non sum celaturus. In v. 11.13 deum aliquem, ut par est in exordio, alloqui putaverim poetam; sed valde turbor v. 12 inter utramque allocutionem interposito. Et fortasse in cistulis musei Berolinensis alia latent eiusdem carminis fragmenta, quibus detectis plura enucleare poterimus; in praesenti haec, quantulacumque sunt, publicasse satis sit.[1])

II.

Procli Platonici fragmentum ut e tenebris mihi liceat eripere, summa in me Francisci Cumont benevolentia factum est, qui in exemplari Jamblichi a Ficino versi a se empto (Lugduni apud Ioan. Tornaesium. 1570) inventum benigne ad me misit. Prima editio, quam quidem norim, Aldina est anni 1497 ab Hainio II 153 descripta, quam e bibliotheca Berolinensi huc missam inspexi. In ea Jamblichi de mysteriis Aegyptiorum librum a Ficino translatum excipiunt 'Excerpta Marsilii Ficini ex graecis Procli commentariis in Alcibiadem Platonis primum', quorum 'Finis' hoc ipso vocabulo

[1]) Alteram papyrum, quam hoc loco editurus eram, non mea culpa n scrinio retinere cogor.

indicatur. Sequitur fol. h 7 'Opus Procli de sacrificio' tres complens paginas (des. fol. h 8 v), quod in indice apellatur 'de sacrificio et magia'. Quod quamquam graece quod sciam nusquam extat, tamen non dubito, quin Ficinus in codice aliquo invenerit excerptum Πρόκλου περὶ θυσιῶν, desumptum fortasse ex eius libris περὶ ἀγωγῆς vel περὶ μυθικῶν συμβόλων; similiter etiam ex commentariis ad oracula frustula quaedam in codice Vatic. 1026 servata sunt (ed. A. Jahn. Halis 1891. Pitra anal. V 2, 192). Quod cum Ficinus admodum fideliter interpretatus sit, rursus in Graecam linguam verti, cum in nonnullis saltem Procli verba recuperari posse et non sine utilitate recuperari existimarem. Ficini additamenta cancellis inclusi.

Opus Procli de sacrificio et magia

interprete Marsilio Ficino Florentino.

Quemadmodum amatores ab ipsa pulchritudine, quae circa sensum apparet, ad divinam paulatim pulchritudinem ratione progrediuntur, sic et sacerdotes antiqui, cum considerarent in rebus naturalibus cognationem quandam compassionemque aliorum ad alia et manifestorum ad vires occultas et omnia in omnibus invenirent, sacram eorum scientiam condiderunt. agnoverunt enim et in infimis suprema et in supremis infima: in caelo quidem terrena secundum causam modoque caelesti; in terra vero caelestia, sed modo terreno. nam unde putamus plantas illas, quas heliotropias nominant [id est solisequas], ad solis motum solem versus moveri, sed selenotropias [id est lunisequas] ad lunam verti? nempe cuncta precantur hymnosque concinunt ad ordinis sui duces; sed alia quidem intellectuali modo, alia rationali, alia

Ὥσπερ οἱ ἐρασταὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ περὶ τὴν αἴσθησιν φαινομένου κάλλους πρὸς τὸ θεῖον κατὰ μικρὸν κάλλος ὁδῷ προβαίνουσιν, οὕτω καὶ οἱ παλαιοὶ ἱερεῖς θεωροῦντες ἐν τοῖς φυσικοῖς συγγένειάν τινα καὶ συμπάθειαν ἄλλων πρὸς ἄλλα καὶ τῶν ἐμφανῶν πρὸς τὰς ἀφανεῖς δυνάμεις καὶ εὑρίσκοντες πάντα ἐν πᾶσιν τὴν ἱερὰν αὐτῶν ἐπιστήμην κατέστησαν. ἀνέγνωσαν γὰρ ἐν τοῖς κατωτάτοις τὰ ἀνώτατα καὶ ἐν τοῖς ἀνωτάτοις τὰ κατώτατα, ἐν μὲν οὐρανῷ τὰ χθόνια κατ' αἰτίαν καὶ τρόπον οὐράνιον, ἐν δὲ γῇ τὰ οὐράνια, ἀλλὰ τρόπον χθόνιον. πόθεν γὰρ οἰόμεθα τὰ φυτὰ ἐκεῖνα, ἃ ἡλιοτρόπια καλοῦσιν, κατὰ τὴν ἡλίου κίνησιν πρὸς ἥλιον κινεῖσθαι, τὰ δὲ σεληνοτρόπια πρὸς σελήνην τρέπεσθαι; ἢ πάντα εὔχεται καὶ ὕμνους ᾄδει πρὸς τοὺς τῆς αὐτῶν τάξεως ἡγεμόνας, ἀλλὰ τὰ μὲν νοητὸν τρόπον, τὰ δὲ νοερόν, τὰ δὲ φυσικόν, τὰ δὲ αἰσθητόν. διὸ τὸ ἡλιοτρόπιον ὅντινα δύναται τρόπον πρὸς ἥλιον κινεῖται. καὶ

naturali, alia vero sensibili modo. itaque solisequa quomodocunque potest, movetur ad solem; ac siquis posset audire pulsationem ab ea in aëre circuitu factam, profecto illum quendam per eiusmodi sonum erga regem suum compositum animadverteret, qualemcunque potest planta conficere. quamobrem in terra quidem aspicere licet solem et lunam, sed pro qualitate terrena; in caelo autem plantas omnes et lapides et animalia pro caelesti natura vitam habentia intellectualem. quae quidem veteres contemplati aliis caelestium alia terrenorum adhibuerunt, unde divinas virtutes in locum inferiorem ob quandam similitudinem deduxerunt; nempe similitudo ipsa sufficiens causa est ad res singulas invicem vinciendas. siquis enim canabim sive papyrum calefaciat, deinde subigat lucernae proximae, etiam si non tangat, videbit subito accensam canabim, quamvis non tetigerit ignem, accensionemque desuper ad inferiora descendere. comparemus igitur canabim calefactam sive papyrum cognationi cuidam inferiorum ad superiora, appropinquationem vero eius ad lucernam opportuno usui rerum pro tempore, loco, materia; processum ignis in canabim praesentiae divini luminis ad id, quod potest capere; accessionem denique canabis deificationi mortalium materialiumque illustrationi,

εἴ τις δύναιτο ἀκούειν τὴν πληγὴν τὴν ἀ[illegible] ἀέρι τῇ περιδινήσει γενομένην, δηλονότι αἴσθοιτ᾽ ἂν τῆς φωνῆς τῆς ὑπ᾽ ἐκείνου τῷ αὐτοῦ βασιλεῖ προσενεχθείσης, ὁποίαν φυτὸν ἱέναι δύναται. διὰ τοῦτο ἐν γῇ μὲν ὁρᾶν ἔξεστιν ἥλιον καὶ σελήνην, ἀλλὰ κατὰ ποιότητα χθονίαν, ἐν οὐρανῷ δὲ φυτὰ πάντα καὶ λίθους καὶ ζῷα κατὰ τὴν οὐρανίαν φύσιν ζωὴν ἔχοντα νοεράν. ταῦτα μὲν οἱ παλαιοὶ θεωρήσαντες ἄλλοις τῶν οὐρανίων ἄλλα τῶν χθονίων προσήνεγκον, ὅθεν τὰς θείας δυνάμεις εἰς τὸν κατωτέρω τόπον διά τινος ὁμοιότητος κατήγαγον· ἡ γὰρ ὁμοιότης αὐτὴ ἱκανή ἐστιν αἰτία πρὸς τὸ ἕκαστα ἀλλήλοις συνδεῖν. εἰ γάρ τις κάνναβιν ἢ πάπυρον θερμαίνοι, εἶτα ὑπάγοι λύχνῳ προσεχεῖ, κἂν μὴ θίγῃ, ὄψεται ἐξαίφνης ἀνακεκαυμένην τὴν κάνναβιν, κἂν εἰ μὴ ἔθιγε τοῦ πυρός, καὶ τὴν ἀνάκαυσιν ἄνωθεν εἰς τὰ κάτω ὑποβαίνουσαν. συμβάλωμεν οὖν τὴν κάνναβιν τὴν θερμανθεῖσαν ἢ τὴν πάπυρον συγγενείᾳ τινὶ τῶν κατωτέρων πρὸς τὰ ἀνώτερα, τὴν δὲ προσαγωγὴν αὐτῆς τὴν πρὸς τὸν λύχνον ἐπιτηδείῳ τῶν πραγμάτων χρείᾳ κατὰ χρόνον, τόπον καὶ ὕλην, τὴν τοῦ πυρὸς εἰς τὴν κάνναβιν πρόβασιν τῇ τοῦ θείου φωτὸς πρὸς τὸ χωρεῖν δυνάμενον παρουσίᾳ, τὴν ἀνάκαυσιν τελευταῖον τῆς καννάβεως τῇ ἀποθεώσει τῶν θνητῶν καὶ τῇ ἐλλάμψει τῶν ὑλικῶν, ἃ λοιπὸν ἄνω φέρεται ὁμοίως τῇ καννάβει τῇ ὑφημμένῃ διά τινα θείου σπέρματος μέθεξιν.

quae deinde feruntur sursum instar accensae canabis ob quandam seminis divini participationem. quid vero de loto dicam? lotus implicat quidem in se folia ante solis exortum, oriente vero sole explicat paulatim, et quatenus sol ad mediam caeli ascendit plagam, eatenus pandit folia; quatenus vero a medio petit occasum, gradatim folia contrahit: videtur haec non minus dilatatione contractioneque foliorum honorare solem, quam homines genarum gestu motuque labiorum.

Non solum vero in plantis, quae vestigium habent vitae, sed etiam in lapidibus aspicere licet imitationem et participationem quandam luminum supernorum, quemadmodum helitis lapis radiis aureis solares radios imitatur. lapis autem, qui vocatur caeli oculus vel solis oculus, figuram habet similem pupillae oculi, atque ex media pupilla emicat radius. lapis quoque selenites [id est lunaris] figura lunae corniculari similis quadam sui mutatione lunarem sequitur motum. lapis deinde helioselenus [id est solaris lunarisque] imitatur quodammodo congressum solis et lunae figuratque colore. Sic divinorum omnia plena sunt, terrena quidem caelestium, caelestia vero supercaelestium, proceditque quilibet ordo rerum usque ad ultimum. quae enim

τί δὲ περὶ τοῦ λωτοῦ λέγωμεν; ὁ λωτὸς συμπτύσσει μὲν εἰς ἑαυτὸν τὰ φύλλα πρὸ τῆς ἡλίου ἀνατολῆς, ἀνατέλλοντος δὲ ἡλίου ἀναπτύσσει κατὰ μικρόν, καὶ ἐφ' ὅσον ὁ ἥλιος πρὸς τὸ μεσουράνημα ἀναβαίνει, ἐπὶ τοσοῦτον ἐξαπλοῖ τὰ φύλλα· ἐφ' ὅσον δὲ ἀπὸ τοῦ μέσου πρὸς δύσιν κάτεισι, κατὰ μικρὸν συστέλλει τὰ φύλλα· ⟨καὶ⟩ δοκεῖ οὗτος οὐχ ἧττον τῇ τῶν φύλλων ἐξαπλώσει τε καὶ συστολῇ τιμᾶν τὸν ἥλιον ἢ οἱ ἄνθρωποι τῇ τῶν γονάτων κλίσει καὶ τῇ τῶν χειλῶν κινήσει.

Οὐ μόνον δ' ἐν φυτοῖς, ἃ ἴχνος ἔχει ζωῆς, ἀλλὰ καὶ ἐν λίθοις καθορᾶν ἔξεστι μίμησιν καὶ μέθεξίν τινα τῶν ἄνω φώτων, καθάπερ ὁ ἡλίτης λίθος ἀκτῖσι χρυσαῖς μιμεῖται τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας. λίθος δέ, ὃς καλεῖται οὐρανοῦ ὄμμα ἢ ἡλίου ὄμμα, μορφὴν ἔχει ὁμοίαν κόρῃ ὀφθαλμοῦ, καὶ ἐκ μέσης τῆς κόρης ἐκλάμπει αὐγή. καὶ ὁ σεληνίτης λίθος κατὰ σχῆμα σελήνῃ κερατοειδεῖ ὅμοιος ὢν διά τινος ἑαυτοῦ ἀλλοιώσεως τῇ σεληνιακῇ ἕπεται κινήσει. ὁ δὲ ἡλιοσέληνος λίθος μιμεῖται ὁπωσοῦν σύνοδον ἡλίου καὶ σελήνης καὶ σχηματίζει τῷ χρώματι. οὕτω τῶν θείων πάντα ἐστὶν μεστά, τὰ μὲν χθόνια τῶν οὐρανίων, τὰ δὲ οὐράνια τῶν ὑπερουρανίων, καίτοι πρόεισι πᾶσα τῶν ὄντων τάξις μέχρι τοῦ ἐσχάτου. ἃ γὰρ ὑπὲρ τὴν τῶν ὄντων τάξιν συνάγεται ἐν τῷ ἑνί, ταῦτα ἐφεξῆς πλατύνεται ἐν τῇ ὑποβάσει, ὅπου ἄλλαι ψυχαὶ

super ordinem rerum colliguntur in uno, haec deinceps dilatantur in descendendo, ubi aliae animae sub numinibus aliis ordinantur. deinde et animalia sunt solaria multa, velut leones et galli, numinis cuiusdam solaris pro sua natura participes: unde mirum est, quantum inferiora in eodem ordine cedant superioribus, quamvis magnitudine potentiaque non cedant. hinc ferunt gallum timeri a leone quam plurimum et quasi coli; cuius rei causam a materia sensuve assignare non possumus, sed solum ab ordinis superni contemplatione, quoniam videlicet praesentia solaris virtutis convenit gallo magis quam leoni; quod et inde apparet, quia gallus quasi quibusdam hymnis applaudit surgenti soli et quasi advocat, quando ex antipodum medio caelo ad nos deflectitur. et quandoque nonnulli solares angeli apparuerunt formis eiusmodi praediti, atque cum ipsi in se sine forma essent, nobis tamen, qui formati sumus, occurrêre formati. nonnunquam etiam daemones visi sunt solares leonina fronte, quibus cum gallus obiceretur, repente disparuerunt. quod quidem inde procedit, quod semper quae in eodem ordine constituta inferiora sunt, reverentur superiora; quemadmodum plerique intuentes virorum imagines divinorum hoc ipso aspectu vereri solent turpe aliquid perpetrare.

ὑπ' ἄλλοις ἐφόροις τάττονται. ἔπειτα καὶ ζῷά ἐστιν ἡλιακὰ πολλά, ὥσπερ λέοντες καὶ ἀλεκτρυόνες, δαίμονός τινος ἡλιακοῦ κατὰ τὴν ἑαυτῶν φύσιν μετέχοντες.

ὅθεν θαυμαστὸν ὅσον τὰ κατώτερα ἐν τῇ αὐτῇ τάξει λείπεται τῶν ὑπερτέρων, καίτοι μεγέθει καὶ δυνάμει μὴ λειπόμενα. ἐντεῦθεν λέγουσι τὸν ἀλεκτρυόνα φοβεῖσθαι ὑπὸ τοῦ λέοντος πλεῖστον ὅσον καὶ οἷον θρησκεύεσθαι· οὗ τὴν αἰτίαν εἰς ὕλην ἢ αἴσθησιν ἀναφέρειν οὐ δυνάμεθα, ἀλλὰ μόνον εἰς τὴν τῆς ἄνωθεν τάξεως θεωρίαν, ἐπεὶ δηλονότι ἡ τῆς ἡλιακῆς δυνάμεως παρουσία προσήκει ἀλεκτρυόνι μᾶλλον ἢ λέοντι· ὃ καὶ ἐντεῦθεν φαίνεται, ὅτι ὁ ἀλεκτρυὼν οἷον ὕμνοις τισὶν ἐγκωμιάζει ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον καὶ οἷον προσκαλεῖται, ὅτε ἐκ τοῦ τῶν ἀντιπόδων μεσουρανήματος πρὸς ἡμᾶς τρέπεται. καὶ ἐνίοτε ἄγγελοί τινες ἡλιακοὶ ἀνεφάνησαν τοιαύτας μορφὰς προβεβλημένοι καὶ αὐτοὶ καθ' αὑτοὺς ἀμόρφωτοι ὄντες ἡμῖν ὅμως μορφωτοῖς οὖσιν ἐνέτυχον μορφωτοί. ἐνίοτε ⟨δὲ⟩ καὶ δαίμονες ὤφθησαν ἡλιακοὶ λεοντοπρόσωποι, οἳ ἀλεκτρυόνος προταθέντος ἐξαίφνης ἠφανίσθησαν. οὗ ἡ αἰτία, ὅτι ἀεὶ τὰ ἐν τῇ αὐτῇ τάξει κατωτέρω τεταγμένα σέβεται τὰ ἀνωτέρω· καθάπερ πλεῖστοι θεώμενοι ἀνδρῶν εἰκόνας θείων αὐτῇ ταύτῃ τῇ θέᾳ αἰσχύνονται αἰσχρόν τι δρᾶν.

Ut autem summatim dicam, alia ad revolutiones solis correvolvuntur, sicut plantae, quas diximus; alia figuram solarium radiorum quodammodo imitantur, ut palma, dactylus; alia igneam solis naturam, ut laurus; alia aliud quiddam: videre sane licet proprietates, quae colliguntur in sole, passim distributas insequentibus in solari ordine constitutis, scilicet angelis, daemonibus, animis, animalibus, plantis atque lapidibus. Quocirca sacerdotii veteris auctores a rebus apparentibus superiorum virium cultum adinvenerunt, dum alia miscerent, alia purificarent. miscebant autem plura invicem, quia videbant simplicia nonnullam habere numinis proprietatem, non tamen singulatim sufficientem ad numinis illius advocationem. quamobrem ipsa multorum commistione attrahebant supernos influxus atque quod ipsi componendo unum ex multis conficiebant, assimilabant ipsi uni, quod est super multa, constituebantque statuas ex materiis multis permistas, odores quoque compositos, colligentes arte in unum divina symbola reddentesque unum tale, quale divinum existit secundum essentiam, comprehendens videlicet vires quam plurimas. quorum quidem divisio unamquamque debilitavit, mistio vero restituit in exemplaris ideam. nonnunquam vero herba una vel lapis

Ἵνα δὲ συλλαβὼν εἴπω, ἄλλα ταῖς ἡλίου περιφοραῖς συμπεριφέρεται, ὥσπερ τὰ φυτὰ ἃ εἴπομεν· ἄλλα τὸ σχῆμα τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων ὁπωσοῦν μιμεῖται, ὥσπερ φοίνιξ ‹καὶ› δάκτυλος· ἄλλα τὴν ἐμπύριον ἡλίου φύσιν, ὥσπερ ἡ δάφνη, ἄλλα ἄλλο τι. ὁρᾶν γοῦν ἔξεστι τὰς ἰδιότητας τὰς ἐν ἡλίῳ ἡνωμένας χύδην διανεμηθείσας τοῖς ἑξῆς ἐν τῇ ἡλιακῇ τάξει τεταγμένοις, οἷον ἀγγέλοις δαίμοσι ψυχαῖς ζῴοις φυτοῖς καὶ λίθοις. διὰ τοῦτο οἱ τῆς παλαιᾶς ἱερατικῆς πατέρες ἐκ τῶν φαινομένων τὴν τῶν ὑπερτέρων δυνάμεων θρησκείαν ἐξεῦρον τὰ μὲν μιγνύντες τὰ δὲ καθαίροντες. ἐμίγνυον δὲ πλείονα ἀλλήλοις, διότι ἑώρων τὰ ἁπλᾶ τινὰ ἔχειν τοῦ θείου ἰδιότητα, οὐ μέντοι μοναχῇ ἀρκοῦσαν πρὸς τὴν τοῦ θείου ἐκείνου πρόσκλησιν.

διὰ τοῦτο αὐτῇ τῇ πολλῶν συγκράσει ἐπήγοντο τὰς ἄνωθεν ἐπιρροίας, καὶ ὃ αὐτοὶ συντιθέντες ἓν ἐκ πολλῶν ἐποίουν, ἀφωμοίουν αὐτῷ τῷ ὑπὲρ τὰ πολλὰ ἑνὶ καὶ καθίδρυον ἀγάλματα ἐκ πολλῶν ὑλῶν συγκεκραμένα ὀσμάς τε συνθέτους, συναγείροντες εἰς ἓν τὰ θεῖα σύμβολα καὶ ἓν τοιοῦτον ἀποτελοῦντες, οἷον τὸ θεῖον ὑφέστηκεν κατ᾿ οὐσίαν, περιλαμβάνον δυνάμεις ὡς πλείστας· ὧν μὲν ἡ διαίρεσις ἑκάστην ἠμύδρωσεν, ἡ δὲ σύγκρασις ἀποκατέστησεν εἰς τὴν τοῦ παραδείγματος ἰδέαν. ἐνίοτε δὲ φυτὸν ἓν ἢ λίθος εἷς πρὸς θεῖον ἀρκεῖ ἔργον. ἀρκεῖ γὰρ κνήκιον(?) πρὸς αἰφνιδίαν θείου τινὸς ἐπιφά-

unus ad divinum sufficit opus. sufficit enim cnebison [id est carduus] ad subitam numinis alicuius apparitionem, ad custodiam vero laurus, raccinum [id est genus virgulti spinosum], cepa, squilla, corallus, adamas, iaspis; sed ad praesagium cor talpae, ad purificationem vero sulfur et aqua marina. Ergo sacerdotes per mutuam rerum cognationem compassionemque conducebant in unum, per repugnantiam expellebant, purificantes cum oportebat sulfure atque asphalto [id est bitumine], aqua aspergentes marina (purificat enim sulfur quidem propter odoris acumen, aqua vero marina propter igneam portionem) et animalia diis in deorum cultu congrua adhibebant ceteraque similiter. quamobrem ab iis atque similibus recipientes primum potentias daemonum cognoverunt, videlicet eas esse proximas rebus actionibusque naturalibus, atque per haec naturalia, quibus propinquant, in praesentiam convocarunt. deinde a daemonibus ad ipsas deorum vires actionesque processerunt, partim quidem docentibus daemonibus addiscentes, partim vero industria propria interpretantes convenientia symbola, in propriam deorum intelligentiam ascendentes; ac denique posthabitis naturalibus rebus actionibusque ac magna ex parte daemonibus in deorum se consortium receperunt.

νειαν, πρὸς δὲ φυλακὴν δάφνη, ῥάμνος(?), κρόμμυον, σκίλλα, κοράλλιον, ἀδάμας, ἴασπις· ἀλλὰ πρὸς μαντείαν καρδία ἀσπάλακος, πρὸς δὲ κάθαρσιν θεῖον καὶ ὕδωρ θαλάσσιον.

οἱ οὖν ἱερεῖς διὰ τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν πραγμάτων συγγένειαν καὶ συμπάθειαν συνῆγον εἰς ἕν, διὰ ⟨δὲ⟩ τὴν ἐναντίωσιν ἀπήλαυνον, καθαίροντες ⟨δ'⟩ ὅτε ἐχρῆν θείῳ καὶ ἀσφάλτῳ, περιρραίνοντες ὕδατι θαλασσίῳ (καθαίρει γὰρ θεῖον μὲν δι' ὀδμῆς ὀξύτητα, ὕδωρ δὲ θαλάσσιον διὰ τὴν ἐμπύριον μερίδα) καὶ ζῷα τοῖς θεοῖς ἐν τῇ θρησκείᾳ σύμμετρα προσῆγον καὶ τὰ λοιπὰ ὁμοίως. διὰ τοῦτο ἀπὸ τούτων καὶ τῶν τοιούτων ἀρχόμενοι πρῶτον τὰς τῶν δαιμόνων δυνάμεις κατέμαθον οὔσας προσεχεστάτας τοῖς φυσικοῖς πράγμασι καὶ ἔργοις, καὶ διὰ τούτων τῶν φυσικῶν, οἷς εἰσι προσοεχεῖς, εἰς παρουσίαν συνεκάλεσαν· εἶτα ἀπὸ τῶν δαιμόνων πρὸς αὐτὰς τὰς θεῶν δυνάμεις καὶ ἐνεργείας προῆλθον, τὰ μὲν διδασκόντων τῶν δαιμόνων προσμανθάνοντες, τὰ δὲ ἰδίᾳ φιλοπονίᾳ ἑρμηνεύοντες τὰ προσήκοντα σύμβολα, εἰς τὴν οἰκείαν θεοῖς νόησιν ἀναβαίνοντες· καὶ τέλος ὑπεροφθέντων τῶν φυσικῶν πραγμάτων καὶ ἔργων καὶ ἐκ τοῦ πλείστου μέρους τῶν δαιμόνων εἰς τὴν θεῶν συνουσίαν ἀνεχώρησαν.

Adnotationes.

3 Paulatim et certo quodam ordine ad deos ascendendum esse saepius dicit Pr., velut in Parm. 990,22 sqq. De amatoribus cf. in Alcib. 329,2 et saepe.

12 πάντα ἐν πᾶσιν, cf. inst. theol. 103 theol. Plat. 275 in Tim. 147b in Crat. 67 Jambl. ap. Stob. I 365,12.

19 eodem exemplo utitur in remp. II 161,21 (cf. II 300,22) ubi adscripsi Plin. XXII 57.

23 σεληνοτρόπιον hoc tantum loco commemorari videtur, fictum a paradoxographo aliquo. *selinetropias* perperam Aldina.

33 *ab eo* coni. Gercke vertens ἀπ᾽ αὐτῆς τῆς . . . περιδινήσεως.

34 structuram non prorsus intellego; *compositum* esse συσταθέντα acute coniecit Gercke.

73 de loto eadem Plin. XIII 108.

84 intellegerem *genuum.*

91 ἡλίτης cf. Damasc. vit. Isid. 233. Hunc dicere videtur Plin. XXXVII 181: *solis gemma candida est, ad speciem sideris in orbem fulgentis spargens radios.* cf. quae ibi adnotat Mayhoff.

97 *selenitus* Aldina.

Eadem tradit Plin. l. c.: *selenitis ex candido tralucet melleo fulgore imaginem lunae continens, redditque ea in dies singulos crescentis minuentisque sideris speciem.* cf. Damig. 36 Cyran. 27,17 (Lapidaires grecs ed. de Mély et Ruelle. Paris 1898).

121 cf. Geop. II 42,3 Alex. Aphr. probl. I p. 4,22 Id. Plin. VIII 52 X 48.

134 cf. in remp. I 39,1 sqq.

135 Daemones ἡλιακούς et σεληνιακούς novit Proclus ἐν ὑποτυπώσει τῆς Πλατωνικῆς φιλοσοφίας apud Lydum de mens. 71,16.

157 Lyd. de mens. 68,4 τὴν δάφνην δὲ οἱ παλαιοὶ τῷ Ἀπόλλωνι καθιεροῦσιν, ὅτι πυρὸς πλῆρες τὸ φυτόν, ὥς φησιν ὁ Πλούταρχος, καὶ ὁ Ἀπόλλων πῦρ. cf. Geop. XI 2,4 Plin. XVI 207.

162 ἄγγελοι δαίμονες ψυχαί saepe a nostro hoc ordine enumerantur; cf. in remp. II 243,18 apud Psell. hypot. dogm. Chald. § 22 sqq. (Bresl. phil. Abh. VII 1 p. 75) Jambl. apud Stob. I 378,3. 455,4 Herm. trism. ibid. 408,24.

180 tale signum πάνθεον describit Auson. epigr. 48.49 p. 330 Peiper. Baumann Festschr. f. d. 36. Phil. Vers. 1882 p. 16 sqq. Friederichs Berl. ant. Bildw. II n. 1988 sq. Drexler in Roscheri lex. I 1534 II 546.

193 cnebison quid sit nescio, nec magis quid raccinum.

194 qui numen aliquod excitaturi erant, φυλακτηρίοις cavebant, ne a deo apparente, quem ut χθόνιον sanguinis avidum putabant, sive a daemone maligno dei speciem induente (Philostr. v. Ap. VI 11,6) interficerentur (cf. pap. Leid. apud Dieterich Abraxas 170,14 θύε δὲ λευκὸν ἀλέκτορα ἄσπιλον καὶ ἄλλον ἄφες καὶ περιστερὰν ὁμοίαν, ἵνα οὗ ἐὰν βούληται εἰσελθὼν ὁ θεὸς πνεῦμα λάβῃ cf. Porph. de orac. philos. 148 Wolff, Kroll de or. Chald. 58 Grimm deutsche Myth. III 451 num. 499 Liebrecht zur Volkskunde 385 n. 1 C. Meyer Abergl. d. Mittelalters 291 Lubbock Ursprung der Cultur 302): pap. Paris. magna (Wessely Denkschr. d. Wiener Akad. XXXVI) 78.86 φυλακτήριον πρὸς δαιμόνια. 257. 1071 etc. (cf. indicem s. v.). Laurus igitur talibus in rebus adhibetur saepissime: cf. pap. Berol. mag. I 6.40 Paris. 2582. 2679 Niclas ad Geop. XI 2,5 Riess ap. Pauly-Wissowa I 60,19 Heim Neue Jbb. Suppl. XIX 508 Heliod. Aethiop. 100,30. 175,27; in lauri foliis formulae magicae scribuntur pap. Paris. 2207 A 384 L 869. 889 W 204,23 Theod. Prisc. 276,18; pap. Berol. I 264 ubi in septem foliis lauri singuli χαρακτῆρες μαγικοί scribuntur: τοῦτο γὰρ λέγεται μέγιστον σώματος φυλακτικόν, ἐν ᾧ πάντες ὑποτάσσονται καὶ θάλασσα καὶ πέτραι φρίσσουσι καὶ δαίμονες φυλακτήρων (?) τὴν θείαν δύναμιν ἣν μέλλεις ἔχειν· ἔστιν γὰρ φυλακτήριον μέγιστον τῆς πράξεως, ἵνα μηδὲν πτωητῇς. De cepae religione cf. pap. Paris. 1340 καὶ ἐντύγχανε κρατῶν κρόμμυον μονογενὲς Αἰγύπτιον (phylacterii causa), cf. 85. 2584 = 2650. 3260; de scilla Riess l. c. 67,50 Babick de deisid. veterum. Lips. 1891 p. 17 Geop. XV 1,7. De corallo Plin. XXXII 23 *harispices eorum (Indorum) vatesque inprimis religiosum id gestamen amoliendis periculis arbitrantur: ita et decore et religione gaudent.* Orph. lith. 510 ἴσθι δ' ἀμαλδύνειν σκορπήια κέντρα δύνασθαι καὶ Περσηιάδαο μένος μέγα κουραλίοιο ἠδὲ παλαμναίην ἀνεμώλιον ἀσπίδα θεῖναι. 578 sqq. Geop. XV 1,31 ὁ κουράλιος λίθος κείμενος ἐν τῇ οἰκίᾳ πάντα φθόνον καὶ ἐπιβουλὴν ἐλαύνει. Damig c. 7 (Pitra spic. Solesm. III 327) pap. Paris 2304; de adamante Plin. XXXVII 192 *anancitide* (= adamante, cf. 61) *in hydromantia dicunt evocari imagines deorum.* Orph. lith. 194: et deorum et hominum animos conciliat gestanti (ubi Salmasii coniecturam ἀναγκίτην pro ἀνακτίτην spernere non debebant Abel nec de Mély lapidaires grecs p. 142 cf. 27,8)[1]) Damig. 3 (Pitra spic. Solesm. III 326). — De iaspide

[1]) Ruellium et de Mélyum lapidariorum graecorum editores non eam quam debebant diligentiam adhibuisse suspicatus suspicionem confirmari

Plin. XXXVII 118 *totus vero oriens pro amuleto gestare eas traditur.* Nicol. Myr. apud Heim incant. mag. n. 177 *debet autem qui dicturus est adiurationem hanc in manu sua retinere lapidem iaspida . . . dein pone iaspidem in nares sanguinem effundentes.* pap. Leid. (ed. Dieterich Neue Jahrb. Suppl. XVI) VI 28 (describitur δακτυλίδιον πρὸς πᾶσαν πρᾶξιν καὶ ἐπιτυχίαν, πρὸς βασιλεῖς καὶ ἡγεμόνας λίαν ἐνεργές): λαβὼν ἴασπιν ἀερίζοντα ἐπίγραψον δράκοντα etc. Vides quantopere haec cohaereant: quae in libris magicis notae infimae praecipiuntur, transierunt in lapidaria speciem quidem aliquam disciplinae severioris adfectantia (cf. Mesk l. c. 314 qui etiam gemmas vetustas quae ad nos pervenerunt non sine fructu adhibuit p. 317[3]); ac ne Proclus quidem successor Platonis, quo nomine non sine aliqua ostentatione se appellat, talia legere et commemorare se indignum putavit.

199 prorsus idem tradit Plin. XXX 19 *nullis aeque credunt extis, nullum religionum capacius iudicant animal, ut si quis cor eius recens palpitansque devoret, divinationes et rerum efficiendarum eventus promittant.* Lapid. gr. 55,2 εἴ τις δὲ τὴν καρδίαν αὐτοῦ ἔτι σπαίρουσαν καταπίνει, πρόγνωσιν λάβοι τῶν μελλόντων καὶ τῶν ἐπ' αἰῶνος (ἐν ἄλλῳ γράφεται [sic edendum, non γράφει] τὴν ἐπ' αἰώνων).

210 de aqua marina cf. doxogr. 381 Diels.

215 verti *incipientes.*

---

vidi collato tractatu, quem edidit Mesk Wien. Stud. XX 309 sqq.; quem illi eodem tempore ediderunt p. 175 sqq. Scribunt igitur p. 175,20 τὸν φοροῦντα ποιήσει . . . ἐπιχαρήν τε καὶ εὐσύνετον καὶ παντοδύναμον καταπράττεσθαι: at in codice est ἐπίχαριν et πάντα δυνάμενον. p 176,5 λίθος βαβυλώνιος est ἡδὺς δι' ἑσπέρας ⟨καὶ⟩ ἡλίου ἀνατολῇ, in codice extat: ἡδὺς ὥσπερ ἡλίου ἀνατολή. Talia permulta in paucis paginis deprehendi; quae si non in collatione eis tradita (praef. XIV) recte enotata invenerunt, at certe sentire debebant ea partim Graeca non esse partim absurda. Ceterum haud indigna sunt ad quae animum attendas hymnorum fragmenta versibus heroicis et trimetris conscriptorum, sed mendis foedissimis obrutorum, quae partim emendari possent, si codicum lectiones maiore diligentia enotatae essent (e. g. p. 19,18 corrigendum est: καὶ σκότος ἐστὶν ὕπερ⟨θε⟩ θεοῖς αὐτοῖς ἀλάλητον); magis etiam incantamenta, quibus Heimii collectio utilis sed iam dudum non sufficiens (quantum enim accessit ex Theodoro Prisciano a Rosio edito!) augeri potest. Velut siquis thyrsidis plantae et thyrsitae lapidis quaternas drachmas in poculos mittat Dionysi nomine dicto, omnes qui inde potaverint abibunt ὡς μεθύοντες καὶ εὐχαριστοῦντες, ὅτι εὔφρανάς ἡμᾶς δέσποτα p. 23,3; interdum praecipitur ut eius nomen dicatur, cui medendum est, ut p. 55,19. 57,1 (cf. Heim n. 1 sqq. Philol. N. F. XI 131); Ἐφέσια γράμματα et litteras (de quibus modo praeclare disputavit Dieterich mus. Rhen. LVI 77 sqq.) habes p. 11,13 etc. Locus admodum memorabilis est p. 23,16, ubi nominis Dionysiaci duae formae proferuntur ex duobus quibus usus est compilator auctoribus Cyrano et Harpocratione, quorum ille ethnicam formam servavit εὐὰ βακχεῦ εὔϊλεῦ Διόνυσε, hic Christi nomen immiscuit.

ALFREDVS GERCKE GUILELMO KROLL S. P. D.

Philosophus sine dubio manerem, si tuum exemplar, mi Kroll, secutus in re tam tenebrosa et periculosa tacerem. neque enim litteras equidem acumine oculorum tuorum dispectas et tua diligentia enotatas adeo distinguere et supplere possum, ut auctoris ipsa verba aut totos versus recuperem. neque hoc mihi in animo est, ut ad umbilicum pervenire, sed ut tibi ceterisque, qui mira ista frustula lecturi sint, ansam et materiam disceptandi struere coner.

quamquam enim dubius in singulis fere omnibus haereo, tamen de consilio auctoris certiores nos fore mihi persuasi. statim enim postquam litterarum vestigia mihi monstravisti atque argumentum ipsum quale videretur mecum communicavisti, mihi Ovidianum Metamorphoseon exordium in mentem venit. simili enim ratione papyri vv. 5—8 οὔτε οὔπω οὐδέ exhiberi putavi qua a Nasone poni *non nec nullus adhuc* memineram: itaque illum quoque poetam Graecum de pristino caeli terraeque statu loqui conieci. atque hanc quidem coniecturam tu quoque probabis, ubi Ovidii versus inde a quinto libri primi contuleris:

Ante mare et terras et quod tegit omnia caelum
unus erat toto naturae vultus in orbe,
quem dixere Chaos; rudis indigestaque moles
nec quicquam nisi pondus iners congestaque eodem
non bene iunctarum discordia semina rerum.
nullus adhuc mundo praebebat lumina Titan,
nec nova crescendo reparabat cornua Phoebe,
nec circumfuso pendebat in aëre tellus
ponderibus librata suis, nec bracchia longo
margine terrarum porrexerat Amphitrite.
quaque (?) erat et tellus, illic et pontus et aether.
sic erat instabilis tellus, innabilis unda,
lucis egens aër: nulli sua forma manebat . . .

Prorsum idem est nostri auctoris initium (πρόσϑε γάρ = *ante*), neque cetera usque ad v. 10 adeo discrepare videntur. atqui quattuor primis Ovidii versibus huic dissertationi praemissis tres poetae Graeci respondent iique magis, si recte conieci, ad vv. 11—15 quam ad carmen Romanum ex Epicuri horto decerptum accomodati. deam enim vel potius Musam vv. 11 et 13 allocutus vates ex mea sententia est; neque huic opinioni plenae lunae memoria v. 12 interposita obstat, si quidem Musam Uraniam ipsam, siderum reginam, esse nobis fingimus. totum igitur carmen quod exstat

hymnum quendam in Uraniam prolatum esse putaverim, neque Ovidio notum neque ad eius exemplar formatum, et tamen aliquo modo cum carminibus Alexandrinorum vetustis conexum. olim sane nostri versus amplioris operis nisi prooemium efficere vix potuerunt: qua de causa intra lineas 1 et 2 πρόλογος(?) interpositus legebatur, si hoc tragoediae comoediaeque nomen exordii ultra valere mihi concedis.

Jam audi versus, quales coniectando restituere ausus ab aliis correctum iri spero, neque vero ipsos recuperari posse et meas vires deficere angustiis temporis pressus ingenue profiteor. neque nomen poetae aut operis titulum novi: exempli causa vel prima linea expletor.

1 Ἐμ[μενίδου περὶ κοσμογονίας πρὸς Οὐρανίαν
⟨πρόλογος⟩.
2 Οὐραν[ία, σκ]ιρτή[μα]τά [σου πτεροφοίτου ἀείσω
ἀρχαίην [γένεσίν τ' αὐτήν θ' ἵππους ἀνάγοντας
φέγγος [μασ]τίζουσαν Ἑκ[ηβόλου Ἀπόλλωνος.
πρόσθε γὰρ οὔτε τα[χέως δράμον ἀστέρες οὔτε παρεῖρπον·
Γαῖα καὶ Ἠριγένεια [Χάει δεδμημέναι αἰνῷ
οὔπω ἀκοιμήτοιο φορ[ὰν ἴδον Ἠελίοιο·
οὐδ' αὐτὸς Φαέθων ἀν[έλαμψεν ἐνὶ σκοτομήνῃ.
νυκτὶ [δ'] ἐὼν ἀλαῇ κεκε[ρασμένος ἔπλετο κόσμος,
Φοῖβος ἐπεὶ ῥ' ἀνέτειλε [θεοῖς οὐχ, οὔτε βρότοισι.
ταῦτά σοι ἀείσω τέρψιν [νοός, ἧς γε Σελήνη
πλησιφαὴς ἔψαυσ[ε καὶ Ἥλιος ἀστροδίαιτος,
σὸν κλέος ἀγγέλλων [ἠδ' ὑψίστοιο Τιτᾶνος.
τῶν] πόθος ἀρ[χομένῳ μοι ἐνὶ στήθεσσιν ὄρωρε
καὶ πολλοῖ]ς ἐτέεσσι [καμουμένῳ οὔποτε λήξει.

Vale atque audaciae meae ignosce.

Gr. a. d. VIII. Kal. Febr.